

OTHO V R S E O L V^{SS}

D U X XXVII.

Electus Anno 1009. Obiit Anno 1026.

VETVS INSCRIPTIO.

*Marte gradum redimens, quem vi Patriarcha tenebat Vrbis Aquileia
demum de sede repellor.*



Tho Vrseolus bellicoſo patre, juſto avo natus ab uno
arma, ab altero leges edoctus, avi Sanctitatem, pa-
triſ triumphos æquavit. Nondum quartum imple-
verat ætatis luftrum, cum Princeps inaugurus,
Latus patris Collega ſtipavit. Ejus fama impulſus
Geica Rex Pannoniæ filiam illi matrimonio locavit. Nec Venus
Martem corrupit, ſed in Hadrienes accendit, qui in Rempubli-
cam auiſi animos tollere, ſpolia coacti deponere & pacem rogarē,
habuere, ferro, flamma conciſi, ut deinceps lacertos movere non
valuerint. Murcimirus etiam Croaciæ Regulus Iadrenſibus infe-
ſtus, cum Othone congredi auiſus exutus caſtris & commeatu, vix